



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Militia Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae, Contra  
Malitiam Originalis Infectionis Peccati**

**Alva y Astorga, Pedro de**

**Lovanij, 1663**

K.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13965**

um animos pacificavit, & Ecclesia optatam tranquillitatem restituit, hac nimurum inductione silentij. Deinde num. 9. postquam egerat de silentio, & quod sit optimum genus laudis, sic inquit: Hoc genus laudis Ecclesia in Conceptione Dei Genitricis MARIE elegit, cum uni parti opinantium de ea, arcana Dei, quae in Conceptione Matris sue operari dignatus est, in silentio contemplari mandavit. Hoc quippe silentio pars illa gloriosae Dei Genitrici impenitissimè addicta, Dei omnipotentiam, inexscrutabilem providentiam, ineffabilem sapientiam, neenon immensam misericordiam extollit, qui hanc gloriosissimam Virginem in utero matris modo prorsus admirabili, ineffabili ac in thesauris sapientiae sue recondito à macula originali immunem fecit. Hoc est, quod Regius Vates in illo Psal. 64. Tibi silentium laus Deo in Sion, &c. Hoc modo Spiritus sanctus Beataissimam Virginem laudare voluit, cum modum Conceptionis ejus in Scriptura non expressit. Hoc modo cælestis Sponsus eam laudavit, cum Cantie. 4. dixit: Oculi tui columbarum absque eo quod intrinsecus later, &c. Inde etiam specialis quedam reverentia & devotio erga B. Virginem nascitur: cum enim ad enarranda divina opera, quae in ejus Conceptione gesta sunt, impares nos esse cognoscimus, cum Apostolo exclamatione cogimur Rom. 1.1. O altitudo divitiarum, &c. Deinde affirmat, quod silentio Conceptio B. Virginis optimè colatur, & quod non omnia arcana Dei Ecclesiæ pro hoc statu sint revelata, sed ea dumtaxat, quae nos convenit scire, & quod revelat Deus sape mysteria majora, & cæl. minora, &c. Et quod hoc permisit Deus, ut doceat se revelare mysteria non ex necessitate seu debito, sed pro sua libertate, & quod scientia Christiana non consistit in scientia mysteriorum Dei, sed in charitate. Ostenditque multa mysteria posse ignorari absque culpa, at deinde ob exercitium humilitatis, &c. Vide alia plura ibi. Lib. impress. Lutetie Parisiorum 1642. in folio.

**JU STINUS** Philosophus, Martyr ac Sanctus, natione Grecus, in Quæstionibus ad Orthodoxos quest. 136. inquit: Si parentes aspernari divinis Litteris vetitum est, & qui yetita facit peccator appellatur; qui fit, ut Dominus Christus parentes suos, quampluribus locis aspernatus, & tamen sine peccato esse perhibetur? Nam in nuptiis Matrem objurgavit, dum dixit: Quid mihi & tibi est, mulier? &c. Et infra sic inquit: Nam Dei sermonem audire & exequi, virtutis est animæ puræ, que tota ad Deum spectat. Et quia non quamlibet feminam Deus elegit, sed omnium fæminarum excellentissimam, propterea volebat Christus ob hanc virtutem prædicari Matrem suam, per quam virtutem illa affectu fuisset, ut Virgo & Mater fieret, &c. Nota verba signata, quia ex ipsis absque ulla rebus oppressione colligere summam puritatem MARIE. Lib. impress. Parisijs, Sigismundo Guelenio interprete. 1565. in 8.

Item, in Expositione fidei de Trinitate: De celo ad nos descendit non corporali defensio, sed divina voluntatis efficacia, & ad eam dispensationem ipsis est sequestrata Virgine stirps Davidicæ, sicut illi promissum fuerat. Quomodo sequestrata esse portat, si fuerit cum alijs hominibus obnoxia peccatis? An non propterea sequestrata erat inter Deum & homines, ut se mediæ exhiberet? & quomodo sequestrata ageret,

enī opus erat reconciliatore sequens? Vide Man. phil. folio 1204.

**JU STUS** Lipsius, natione Belga, in libro Diva Sichimensis sive Asperi-Collis Nova ejus beneficia & admiranda, cap. 30. fol. 40. inquit:

Et quem non genium fugit,  
Quam non Ibellicam frigida  
Magni Magna Deiparens,  
De qua sacra profantur,  
Hanc fore, quæ serpens  
Contereret caput improbi?  
Fecisti ô Dea, &c.

Lib. impress. Antuerpiæ 1608. in 8. Et quod in istis verbis loquatur de Immaculata Virginis Conceptione, ex eo patet quod Agricola Taurinus Hæreticus hinc sumpsit occasionem, ut scriberet contra Virginis Conceptionem, de quo latet in Armamentario Angelico.

Item, in libro cuius titulus est: Diva Virgo Halensis. Beneficia ejus & miracula, &c. fol. 81 addidit Bullam Clementis VIII. Pont. Max. in qua concedit indulgentiam pro die Conceptionis & Nativitatis Virginis MARIE, &c. Lib. impress. Antwerp. 1604. in 4. regali.

**JU STUS** Rycquijs, Canonicus Gandavensis Belga, scriptor Carminalis ad Anton. Sanderson de Immaculata Virginis Conceptione. Incipiunt Sandeni Admonitio quilibet rotamina lingua, &c. folio 67. Lib. impress. Lovanij 1651. in 4.

**JU VE N ALIS** Hierosolymitanus, in Relatione de Assumptione Virginis, inquit: Illum ipsum Deum Verbum & Dominum gloriae, qui subiectum fuit pro beneplacito suo eo (quem neque verbo neque intelligentia assequi licet mmodo) carnem etiæ suscipere, & deinde post ineffabilem illam uici generationem & partum Virginitatem illuc conservare dignatus sit, illum (inquam) ipsum etiam post obitum & ex vita hac migrationem habuisse Immaculatum, in pollutum & modis omnibus factum corpus ejus ante definitam quoque & communem omnium resurrectionem, &c. Extat apud Nicophil. Calixt. libro 15. cap. 14. folio 799. Vide de hoc Auctore aliam auctoritatem ex diversis Panibus apud Euseb. Nieremb. lib. Excep. cap. 13. fol. 81.

**JU VE N ALIS** Urfinus, Archiepiscopus Mâmenensis, in libro de rebus gestis a Carolo VI. Francorum Regè agit de scandalis tunc exortis de Regis decreto in celebraretur festum Conceptionis Virginis MARIE ab omnibus in Gallia, &c. Vide Euseb. Nieremberg, cap. 9. fol. 72. Henric. Spord. ad annum 1587. tomo 2. numero 7. Item, de Rothomagensi propensione, ac defensione negotiorum Immaculata Conceptionis in Aruadeo Salio, fol. 57.

## K

**KALENDARIUM**, sive Horarum Cartoniorum secundum usum sacro-fanæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, &c. Conceptionis Beatae MARIE duplex, & dedicatio Capella Chori à San. IV. & ibi hodie est indulgentia plenaria. Rome apud Impressores Cameraleos anno 1580. in 8. Kalendarium Cathedralis Ecclesie Spofizinae. Conceptionis Beatae MARIE Virginis duplex. Perutij ab anno, impressionis.

Kalendarium MS. existens in Biblioth. S. Victoria, n. 263. 8. Decemb. Conceptionis MARIE rubris litteris. Kalen-

Kalendarium manufrip. *Concepio SS. Dei Genitricis* in folio. Item, aliud Kalendarium vetustissimum: *Concepio*. MS. in Monasterio S. Sepul. Cameraci. Kalendarium singulare, & exquisitum existens in Bibliotheca D.D. Cancellarij Parisien. sic habet 8. Decemb. *Concepio SS. MARIE*. Est in pellicea charta parva, & raro modo ligatum.

Kalendarium Romanum, ad diem 8. Decemb. *Concepionis Beatae MARIE festum* instituitur.

Kalendarium Graecorum, ad diem 9. Decemb. *Concepio Beatae Ame Dei & Domini Avia*.

Kalendarium Parmentense à D. D. Mario Antonio Episcopo correctum, fol. 75. ad diem 8. Decemb. *Concepio Beatae MARIE Virginis duplex maius*. Impress. Romæ 1629. in 8.

Kalendarium, sive Martyrologium Cisterciense antiquum manusc. existens in Bibliotheca Fiterii in Regno Navarra, ad diem 8. Decemb. *Concepio Beatae MARIE Virginis duas Missas, & duodecim Lectiones, Solemne*.

Martyrologium Prædicatorum editum anno 1254. ad diem octavam Decemb. habet hæc verba: *Concepio Sancte MARIE Virginis festum duplex*. Vide Euseb. Nieremb. lib. Excep. cap. 23. fol. 38. Item, anno 1579. sub Generalatu R.P. Serapioni Cavalli prodit alterum, & ad octavam Decemb. habet: *Concepio Sancte MARIE Virginis tam duplex*. Item, anno 1551. sub Generali R. P. Francisco Romeras prodit aliud. Salmantice cum inscriptione ad diem 8. Decemb. *Concepio Sancte MARIE tortum duplex*. Vide Eusebiū ibi supra, folio 349.

Kalendarium Sanctorum Romanum juxta Concilium Tridentinum restitutum cum imaginibus et incis. die 8. Decemb. fol. 439. de *Conceptione Beatae MARIE* cum imagine ipsius, supra inquit *Beata MARIA Virgo & Mater Christi, filia Iacobim & Anne, concepta non sine divina gratia Salvatorem mundi concepit, &c.* Lib. impress. Antu. 1584. in 16. Kalendarium Gregorianum correctionis anni 1581. die 8. Decemb. *Festum Conceptionis Beatae MARIE* in principio & in fine libri. Impress. Casaruggeti 1583. in 4.

Kalendarium S. Ecclesiae Tolerantæ, mense Decemb. fol. 163. habet hanc rubricam: *La fiesta de la Concepcion de nuestra Señora la Virgen MARIA que es el 8 de Diciembre se hade celebrar solemnemente a la Vigilia y a las Vespertas solemnes, y el dia de la fiesta Procesion entera solemne, Misa con commemoration de S. Miguel y Santiago, Vespertas segundas solemnes. Hanse de poner en esta fiesta veinte y cuatro cirios blancos, como los del Infante, que se ponen a la fiesta de la Señora de Agosto de tres libras de zera cada uno, con sus escudos de las armas Reales, &c. Partense de caridad a esta fiesta seis mil y seiscientos y sesenta y seis maravedis, &c.* Et infra: *Misa de S. MARIA del Oficio de la Concepcion, dentro en el coro con dos capas en una dia del octavario de la fiesta misma de la Concepcion, por el honrrado Christobal Alonso Castrero, que Dios aya, &c.* el qual està sepultado en el Monasterio de S. Bernardo cerca desta Ciudad: partense de caridad a esta Misa mil y doscientos maravedis corrientes &c. Item, infra: Aniversario solemne el dia mas proximo de la fiesta de la Santa Concepcion de nuestra Señora, que fuere desocupado por el Reverendo Señor Protonotario D. Juan de Salcedo Arcediano que fue de

Alcaraz, &c. Repartense al dicho aniversario è Missoa cincio mil maravedis de moneda corriente, &c. Extat manu's. in eadem sancta Ecclesia. Alia quamplura Kalendaria vidimus manuscripta & impressa tam Ecclesia Romana & universalis, quam particularium totius mundi, in quibus nec unum quidē invenimus sub titulo *Sanctificationis*, sed omnia extabant sub expressa voce *Conceptionis*: & hoc sufficit pro hac classe.

**KAROLUS** Saufleyus, Aurelianensis Ecclesiae Decanus, in libro dicto: Annales Ecclesiae Aurelianensis, folio 548. de Milone Thailly, sic inquit: Cum vero anno 1315. mortem obijlet Ludovicus Hutinus, proxime post cum excipiente Regnum Philippo Longo Francorum & Navarreorum Rege, lequenti anno 1317. Milo *Conceptionis B. Virginis* solemnitem sexto Idus Decemb. impetratum celebrandam instituit, accedente astenu Capi-tuli Aurelianensis, & fundatione prima Guilielmi de Vilamodij Canonici, quam deinde auxit Jacobus Flotteus Cantor ejusdem Ecclesiae. Et hoc tempore notantur Historici Joannem XXII. Papam Canturensem Gallum, instituisse ut sero ad Capana pulsum ter recitaretur Angelica salutatio. Lib. impress. Parisiis 1615. in 4. & citat Martyrologium Aurelianense 8. Decemb. & Regestum rubrum.

## L.

**LÆVINUS** Torrentius, Episcopus Antuerpiensis, in libro: Poëmata sacra, multa dicit pro Deipara puritate in Hymnis de Partu Virginis, ex quibus hæc pauca desumo:

*Intacta Virgo nec thalamum sciens  
Iugalem, & omni pura cupidine.*

Illud thalamum nefsciens, vel thalamum non sciens, respicit virginitatem corporis, illud vero intacta Virgo, aliam insinuat puritatem:

*Mox flamma lustratam irradians dominum  
Castramque molli innoxia Virginem;  
Vitamque quamvis duxerat integrum  
Et mente pura & corpore, &c.*

Lib. impress. Antuerpiæ 1594. in 12. regali.

**LAMBERTUS** Benoist, Ordinis Minorum Belga, apposuit Appendicem ad Thesum 10. disputationem Namurci sub Comitijs Provincialibus Fratrum Minorum Recollector. anno 1661. mense Octobri, respondentem Fratre Bernardino Gilson, & se Praesidentem; hoc modo: Est contra inhibitiones Pij V. Gregorij XIII. Pauli V. Gregorij XV. quovis vero vel falso praetextu tueri di opinionem S. Thomæ de maculata Conceptione Beatae MARIE Virginis, & proximam Ecclesiæ pro *Immaculata Conceptione* à calumnijs Hæreticorum, referre (sive ex se, sive ex aliis) motiva eiusdem S. Thomæ, quasi certiora ex Scriptura sacra, & illa conferre cum motivis contrariis, detorquendo hæc ab *Immaculata Conceptione* ad solam sanctificationem post aliquam mortuam, ad solam gratiarum actionem pro missione Matris Dei futuræ: & refutando tanquam frivolum responsum R. P. Suarez, quasi Anonymi; sed satis expressi relatione verborum ejus pro festo ipsius Conceptionis ut *Immaculata* ex tom. 2. in 3. part. disp. 3. sect. 5. & citatione ejusdem eronea, tom. 1. de Religione, lib. 2. cap. 8. cum